

nata fuit, eam habeat, non autem quod sit persona interposita ab illo emptore alterius partis. Ita verè sensu Bar. tol. in d.l. per diuersas. n. 9. vers. 3. dixi. Cum enim actio- nes donantur, nulla subest simulationis suspicio, d.l. per diuersas. in fine. Caterum, statutum Papie supra allegatum, absolute statuit cessionem, quæ aliquo titulo fit, at- que ita etiam donationis, vt verba vltima statuti signifi- cant, fieri debere, illa seruata.

29 Sexta est coniectura ficta, simulata q. cessionis, f. quã- do non apparet quo titulo cessio facta fuerit. Ita probat text. d.l. per diuersas. ibi, licet in instrumento cessionis ven- ditionis nomen insertum sit. Requirit hic lex, cessionem habere debere titulum, alioqui simulata præsumitur, vt tradunt ibi Bar. n. 3. & Bal. & idem Bal. in l. eius. C. de cõ pens. quo loci scripsit, solum consensum non inferre titu- lum, vt cessio verè præsumatur. De tit. autem, satis con- stat, quando f. coniecturis ille colligitur. Est primũ exem- pli, vt si in instrumento dicitur, Caius cõsit Sempronio pretio centum coronatorum actiones, quas habet aduer- sus Mauium. Illius enim verbis, pretio cõtum, colligitur titulus emptionis, & venditionis. Ita Bar. in d. l. per diuersas. num. 8. & Bal. n. 6. Bal. q. 10. qui tamen distin- guit, & alij relati à Gabriele in d. l. conclus. 5. nume. 3. 1. in 14. limit. Et accedunt Rom. in d. l. 86. n. 5. & Ripa in l. 2. in prin. nu. 3. ff. si certum petat. Ea est manifesta rõ, 31 quia vbi fit mentio pretij, præsumitur celebratus con- tractus emptionis, & venditionis, sicuti copiose demon- strauimus supra. Dissentit tamen à Bar. Bal. Io. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de cessione actionum, in verbo, rigorosum. Cum dixit, non sufficere illam præ- sumpcionem tituli emptionis, & venditionis, quia vbi requi- ritur expressio non sufficit præsumptio. Huic considera- tioni, cui non satisfecit Baldus, et si eam commemorauit 32 responderi facile potest, immo sufficere f. præsumptio- nem, iuris præsertim, quando expressio requiritur. Cum satis expressum dicatur, quod coniecturis colligitur, vt declarauimus supra libro. 1. q. 42. Secundum exemplum afferri potest, quando cessio facta fuit coniuncta perso- nã. Nam tunc cum non apparet de titulo, præsumitur titulus donationis. Ita Cyn. & Ioan. Fabr. in d. l. per diuersas. in fin. & alij congesti à Gabr. in d. l. conclus. 5. num. 33.

Extenditur hæc præsumptio, vt locum habeat etiam 33 qñ f. titulus superuenit. Nam & tunc cessio iam facta nõ confirmatur. Ita Bal. in d. l. per diuersas. n. 11. q. 7. & Sal. q. 9. & Gabr. in d. concl. 5. n. 20. qui n. 17. 18. & 19. alia in materia huius tituli post alios scripsit.

Extenditur secundò, vt locum habeat etiam, quando 34 constat de iusto titulo oneroso, sed per solam tamen f. confessionem cedentis, & cessionarij. Non enim sufficit ad euitandam fraudis suspicionem titulus iste confes- tus Ita Bart. in d. l. per diuersas. nu. 13. & 14. C. mādāt. quem secuta est Rota Romana referente Puteo in decif. 22. lib. 3. vbi n. 5. diligenter perpendit text. d. l. per diuersas. Dissentiunt tamen Aret. in d. l. 130. col. 2. & Fulg. in d. l. 205. col. vlt.

Declaratur primò, vt locum non habeat, quando cõ- 35 stat de titulo lucratiuo, etiam per solam confessionem ipsarum partium. Ita sensu Bar. in d. l. per diuersas. n. 13. & 14. & ibidem Sal. q. 16. Idem scripsit Bal. in l. 2. in fin. C. ne liceat potentio, & ibidem Sal. in fin. Rota Rom. in dec. 2. in tit. de alien. iudicij muta. causa facta. in nouiss. Ioa. de Amicis in d. l. 12. n. 23. & sensu Pute. in d. decif. 22. lib. 3. Bertr. in d. l. 18. col. vlt. lib. 2. Goz. in d. l. 3. col. vlt. Gabr. in d. concl. 5. nu. 39.

Septima est præsumptio, & coniectura simulata ficta 36 quæ cessionis, quando actiones f. ceduntur potentiori. Ita Bal. in d. l. per diuersas. n. 23. C. mandati. in l. 2. C. ne liceat potentio. Io. de Amic. in d. l. 24. nu. 7. suscipit. n. (vt egregie scripsit Cuiacius lib. 8. obleru. c. 31.) poten-

tior alienam licem patrociniij causa, vel gratia, vel mer- cede, rursus mercede modo data, modo accepta. Et po- 37 tentior dicitur, f. qui potest aduersarij terrere. d. l. 1. C. ne liceat potentio. & tradit Bal. in d. l. per diuersas. n. 23. esse arbitrarium, qui dici debeat potentior hoc in casu, idem Bald. in d. l. 1. Quædam mulier vidua. lib. 1. respondit, potentior dicitur, qui habent merum, & mix- tum imperium, & ob id, terrerere possunt. Et Baldum secutus est Crau. in d. l. 205. num. 43. ita quoque Abb. in c. 2. de alien. iud. muta. au. facta. dixit, potentiores di- ci illos, qui possunt esse terribiles aduersæ parti, & qui habent potestatem de iure, & de facto super alium. Et Abbatem secutus est Io. Iacobus de Leonardis inter cõ- filia Bruni in d. l. 114. n. 350. Porro, an potentior is dici debeat, qui difficilius conueniri potest, sicuti clericus, vel alius similis, dubitationem habet. Nam Anchar. in d. l. 65. Quæstio talis est, & in consilio sequenti respõ- dit, clericos inter potentiores posse connumerari ob id, quod difficilius conueniri possunt, quam sententiã pro- bauit & Calcan. in d. l. 7. col. 4. Et hos visus est sequi Crauet. in d. l. 205. in fine, qui commemorat, & Anch. in d. l. vlt. col. 3. ver. præterea conditio, vbi respondit ciuitatem dici ex potentioribus, ob difficultatem. conue- niendi eam. Contrarium verò in specie respondit Ro- man. in d. l. 18. nume. 5. quod cessio facta particulari ecclesiæ, quæ potestatem non habet contra debitorem cessum, non dicitur facta potentiori. Et Roman. secuti sunt Ias. in l. vnica. vers. confirmo per illud C. de ijs, qui penæ nom. Gom. super reg. cancel. De subrogandis colli- rig. q. 1. n. 2. & alios plures commemorat Tiraq. in tract. de nobil. c. ult. n. 105.

Existimo rectè sensisse Bal. in d. l. per diuersas. nu. 23. 38 hoc f. esse iudici arbitrarium.

Declaratur primò hæc præsumptio, & coniectura, ut 39 locum non habeat, quando cessio facta fuit potentiori coniuncto sanguine. Nam tunc nõ præsumitur facta do- lo, vel fraude, & causa uexandi aduersarij. Ita Bal. in l. qui stipendia. n. 3. C. de procur. & idem Bal. in d. l. per diuersas. q. 19. C. mandati. Io. de Amicis in d. l. 24. nu. 8. & Tiraq. in tract. de retractu consang. in præfatione. n. 33. & 54. qui alios plures recenset. Et hinc scripsit Ias. in l. si ita quis. §. ea l. nu. 13. ff. de uerbor. oblig. quod et si emphyteuta non potest alienare f. emphyteusim in po- tentiores, attamen eam relinquere potest filijs, & descen- dentibus se ipso potentioribus. Nec adhibenda est diffe- rentia quo sanguinis pinctulo sint coniuncti, quibus fit cessio, cum tam cognatis, ut agnatis fieri possit, sicuti p- citati Doctores sentiunt, præsertim Io. de Amicis. Quo- circa respondi aliquando statutũ Mantuæ permittens cedi posse actiones consanguineis, intelligi etiam de cognatis, ex Tiraq. de retractu consang. §. 1. glof. 9. num. 5. & 6.

Declaratur secundò, ut locum non habeat hæc conie- ctura, & præsumptio, quando existens in carcere, præser- tim ob ceimen, quod perpetrasse dicitur, cederet f. actio- nes suas fisco aduersus suos debitores. Ita in specie deci- dit Rota Rom. referente Verallo in decif. 105. p. 1. quo loci n. 5. recenset Iason. in l. 1. nu. 5. vers. 4. limit. C. ne li- ceat potentio, sic affirmantem.

Prædictæ omnes coniecturæ cessant, quando constat 40 de veritate actũ. Ita Bal. in l. & qui, in f. C. de distracti- pign. Ex quo inferitur, quod quando is, contra quem ce- duntur actiones, f. præfens est ipsi cessionis, & consentit vel tacet, valet cessio, nec simulata, fictaque præsumitur, vt tradunt Bald. Ang. & Flor. in d. l. cum essent. §. ff. de seru. rust. prædio. Rom. in d. l. 86. Marf. in sing. 4. l. c. à S. Georg. in l. 2. nu. 34. Co. ne liceat potentio, & Gabr. in d. l. conclus. 5. num. 29. & in fine. Nam illo consentien- te, vel tacente satis dicitur apparere de veritate ipsa ces- sionis.

Et præ-

Et præterea cessat prædictæ præsumptiones, & con- 43 iecturæ, quando sit cessio f. iurium, & actionum accessio- rie, ratione contractus præcedentis. Ita gloss. vlt. in d. l. per diuersas. Co. mandati. & ibidem Bar. ad finem Bald. in q. 3. & Sal. in q. 8. qui intelligunt, quando venditor possi- det, vel habet facultatem rei tradenda. Et hos secutus est Gabr. in d. conclus. 5. num. 28. qui eiusdem sententiæ recenset Io. de Amicis in d. l. 24. num. 7. & num. 24. Et huc facit quod egregie respondit Ripa in respon. 47. se- cundum impressionem Lugdunensem, & secundum Ve- netam est in respon. vlt. nu. 3. in tit. de rest. spol. Cum di- xit, quod licet actio, qua agebatur ad possessionis reinte- grationem esset litigiosa, & consequenter cedi alteri nõ potuisset, attamen quod vendita ipsa proprietate cũ iu- ribus non dicitur alienasse solum actionem litigiosam, principaliter, sed in cõsequentiã, id quod fieri potuit. Idem responderunt Iulius Scarlatinus inter d. l. Beroi, in d. l. 187. n. 28. lib. 1. Caph. in d. l. 64. n. 15. & n. 22. lib. 1. Et cum hoc iure conueniunt prædictum sta- tutum Papie, de cessione iurium. in fin. cuius verba hæc sunt. Nec habeant locum prædicta in cessionibus iu- rium, quæ fiunt in contractu venditionis, donationis, vel permutabilium rerum immobilium, quæ cessio fit in consequentiã contractus præambuli facti super dicta re immobili. Ita etiam declarari potest præd. stat. Mant. de iuribus non acquirendis.

Bona fides, & mala fides possessoris, an & quando præsumatur, diligens & accurata explanatio?

S V M M A R I V M.

1 Possessoris habentis verum titulum, bona fides præsumitur. Idem in habente titulum putatiuum, n. 2. Et quidem causato etiam errore iniusto, n. 4.

2 Bona fides causatur etiam ex iniustis, & temerarijs causis.

3 Causa etiam iniusta excusat a dolo.

4 Præscriptio longissimi temporis etiam sine bona fide currit.

5 Possessoris titulo carens, bona tamen fides præsumitur, accedente longissimi temporis cursu.

6 Idque locum habere et si possessio sit contra ius commune, n. 8. & in rebus quoque incorporalibus, n. 10.

7 Temporis longissimi cursus vim legis habet.

8 Possessor carens titulo, triginta annorum cursu in bona fide præsumitur. Etiam si postmodum de antiquiore alterius possessio ne appareat, num. 12. nisi tamen huic possessori ius commune resistat, n. 13. Aut de ipsius mala fide constaret per præsum- ptiones, num. 14. Vel mala fides induceretur à statuto, quod contractui celebrato repugnet, num. 15. Idem si de graui age- retur præiudicio, n. 16.

9 Possessor titulo carens, solo decem uel 20. annorum cursu, in bona fide præsumitur.

10 Idq. multo magis in iudicio possessorio, in quo bona fides absque alia tituli probatione præsumitur, nu. 19. Quamuis possessor habeat causam lucratiuam, n. 20.

11 Mala fidesi præsumptionem tolli cursu longi longissimi temporis non autem præsumi bonam secundum aliquos, & n. 40.

12 Possessor titulo carens, si illius possessio noua sit, non præsumitur in bona fide.

13 Et si statutum bonam fidem requirat, n. 22.

14 Fallit tamen, si de antiquiore possessore appareat, n. 25.

15 Idem in incorporalibus, n. 24.

16 Vell mala fidei præsumptiones extent, n. 25.

17 Mala fidei à præsumptione contrarijs coniecturis receditur. Et quæ sint illa, n. 27. 28. 30. & 32.

18 Vno bono credendum est.

19 Insignia, & arma insculpta in ecclesia præsumptionem faciunt, quod bona fide quis sit in possessioe iuris patron.

20 Possessoris habentis titulum à lege reprobatum, mala fides præ-

sumitur. Quinimo & dolo, n. 34.

Idque non solum de iure communi, sed etiam de statuto intelli- gendum, num. 36.

Idem si possessio contra iuris præsumptionem sit, n. 38.

Etiam accedente cursu 30. annor. num. 39.

Fallit si iustum pretium appareat interuenisse, n. 41.

Idem in rustico, & muliere, n. 43.

Vel ius esset dubium, n. 44.

Aut non resisteret, licet nec assisteret, n. 45.

Fallit præterea in successore eius qui longissimo tempore posse- dit, quod contra iura mercatus est, n. 46.

35 Leges, & iura fuisse bene, & iuste condita, omnes credere te- nentur.

37 Statutum dicitur ius commune, quo ad ipsos ciues.

42 Dolus in mendacio non præsumitur, quando mentiens nullum sentiret commodum.

47 Possessoris mala fides præsumitur, si ex aliquo actu extrinseco colligi potest.

48 Emptor cui denunciatum fuit ne emeret, mala fide emisse, & possedisse præsumitur.

49 Lingua est cordis munitia.

50 Confessio extra iudicium probat contra confidentem, donec de errore constet.

41 Fama existente rem esse alterius, possessor illius in mala fide præsumitur.

Nisi tamen possessor emerit ab habente titulum, & longissimo tempore possedisset, n. 52.

53 Actum naturæ consonantem faciens, in bona fide præsumitur.

54 Emerere & vendere, est actus naturalis libertatis.

55 Actum quamuis iure prohibitum, publicè tamen faciens in bona fide præsumitur.

56 Matrimonium contractum inter affines bona fide præsumitur, quando palam id actum fuit.

P R Æ S V M P T. CXXX.

Disputatio est valde utilis, & egregia, an & quando bona fides in eo, qui possidet, præsumatur. Quæ quidem in re distinguendi sunt aliquot casus.

Primus est, quando possessor habet verum titulum. Hoc sanè casu bona fides f. in eo præsumitur. Ita gl. in ca. vlt. de præscr. & in l. super longi, C. de præscript. longi tem- por. & ibidem Bal. col. 3. vers. illud autem, Bart. in l. Cel- sus, num. 17. vers. sed contra hæc videtur, f. de vluc. idè in l. vlt. in fin. C. vnde vi, & in l. quemadmodum, colu. 1. vers. nota ex hoc, C. de agricol. & censit. lib. 1. Butr. in c. si diligenti, col. 2. de præscrip. Ang. in d. l. super longi. col. 3. vers. illud autem super hoc. Arch. in c. 1. de præscr. in 6. Abb. in c. gravis, col. 3. vers. si uerò non constat, de rest. spol. Præc. Papiens. in forma responsonis rei conue- ti, in verbo, præscriptionis, nu. 16. Lucas à Penna in l. 3. col. 4. ver. 32. præsum. C. de apoch. publ. lib. 10. Alex. in d. l. 200. col. 2. ver. præterea in dubio, li. 2. Barb. in d. l. 41. col. 10. vers. ad hæc potest responderi, lib. 1. Corn. in d. l. 136. col. 1. ver. sufficit enim, lib. 2. Soc. sen. in d. l. 22. in fine, lib. 1. Curt. sen. in d. l. pen. colum. 2. Ias. in l. possideri, §. si seruus, nu. 2. ff. de acq. poss. & idem in l. nõ hoc, col. vltim. ver. facit quod licet, C. vnde legit. & ibid. Dec. nu. 3. Franc. Balb. in l. Celsus, nu. 97. & 107. in fi. ff. de vlucap. & ibidem Claud. Seyfel. n. 21. Marf. in singu. 34. Ripa in c. cum ecclesia, nu. 98. de causa poss. & prop- rie. Alc. in tract. de præsump. reg. 3. præf. 5. Crau. in cõf. 201. nume. 30. & Tiraquel. de præscript. in gl. 2. vers. bona autem fides, & Anton. Gab. in lib. 7. conclusionũ. tit. de criminalibus, gl. 2. nu. 27. Et titulus et prædecessor- ris prodest. Ita Gomez. in regula cancellariae, de trienna- li possessore, 49. col. vlt. Et hæc quidem sententia mani- festè satis probatur in l. pe. C. de euic. vbi gl. & Bald. in l. super seruis, C. qui milit. poss. vel non, lib. 1. 2. & ea ratio.

ne, quod in dubio delictum non præsumitur, l. merito ff. pro socio.

Secundus est casus, quando possessor habet titulum putativum. Hoc etiam casu præsumitur bona fides, sicut omnes penè supra commemorati Doctores affirmant, & manifestè Bart. in l. Celsus, nu. 17. ff. de vsucap. Pract. Pap. in forma responsionis rei conuenti, in verbo, præscriptionis, nu. 16. Dec. in cons. 266. in fi. Ruin. in consil. 129. in fi. lib. 1. C. præiun. cons. 28. nu. 4. Ripa in d. c. cum ecclesia, num. 98. vers. amplia. Soc. iun. in cons. 76. nu. 60. & in cons. 77. n. 15. lib. 1. Balbus in d. l. Celsus, nu. 95. de vsucap. Natta in cons. 72. nu. 7. lib. 1. Ofalc. in decis. 160. nu. 6. & alios refert Mascard. in commentarijs de probation. conclus. 228. num. 4.

Et huius quidem sententiæ ea est ratio, quod si bona fides causatur etiam iniustis, & temerarijs causis, ut tradit Dyn. in cap. qui contra, de reg. iur. in 6. & alios refert Balbus præcitato in loco, & late Crauetta in consilio 319. nu. 18. vers. hinc scripsit Baldus in l. 1. nu. 1. C. de rebus alien. non alien. eum qui emit ab illo, qui non erat executor testamenti, sed talem esse probabiliter existimabat, atque credebatur, ob alicuius viri boni assertionem generi bonæ fidei emptorem, & ob id præscribere. Et Bald. secuti sunt Salicet. ibid. & Ruin. in consil. 68. num. 23. libro 1.

Est omninò simile, quod docuit Bart. in l. qui fundū, §. procurator. & in l. vlt. ff. pro emptore, cum dixit, quod emens ab eo, quem assertionem boni viri credebatur habere mandatum ad vendendum, præsumitur habere bonam fidem, & ideo præscribit. Et Bart. secuti sunt Alex. in cons. 1. col. vlt. vers. circa secundum, lib. 4. Ruin. in d. cons. 68. num. 23. lib. 1. Fel. in c. cum contingat, col. 3. vers. prima concl. & in c. de quarta, col. 8. vers. in prima doctrina, de præscript. Tiraq. in tract. de penis legum, & c. causa 51. nu. 28. & Crau. in cons. 277. col. 3. vers. quod autem. Et idem est, quando assertio illa provenit à persona patris, vel aui, quemadmodum egregie docuit Bar. in d. l. Celsus, nu. 4. vers. idem putarem, ff. de vsucap. & eiusdem sententiæ plures commemorat Crauet. in consil. 277. col. 3. vers. quod autem, & in cons. 319. nu. 14. Idem scribit Didac. in c. possessor, p. 2. §. 8. nu. 1. vers. quintò bona fides.

Extenditur hic casus, ut locum habeat etiam in titulo putativo captato terrore iniusto. Ita Bartol. in l. Celsus, nu. 17. & ibid. Balbus nu. 95. Iaso. in l. si quis id quod, in 8. nota b. ff. de iurisd. omp. iudic. Dec. in cons. 266. in fine, & in cons. 518. in fi. Ripa in c. cum ecclesia, num. 100. de causa poss. & propr. Alc. in d. præsumpt. 5. in princ. & nu. 3. qui eiusdem opinionis alios refert, idem decidit Rota Romana referente Verallo in decis. 68. parte 1. alios refert, & sequitur Crau. in d. cons. 319. n. 18. vers. decimo septimo. Et ij quidem adducti ea ratione sunt, quod causa etiam iniusta excusat à dolo, & fraude, ligitur, §. potest, ubi glo. ff. de liberali causa, & similia permulta congesti in tract. de recup. poss. rem. 5. nu. 49.

Verum Alc. in d. præsumpt. 5. num. 3. vers. nec obstar, inquit, errorem illum non sufficere ad vsucapiendum, sed ut fruatur commodo successoris, quo ad instruedum iudicium. Nam quo ad id sufficit, ne sit in mala fide. Secundo itaque loco afferri solet l. si fur. §. 1. ff. de vsucap. qui tamen tex. contrarium probare videtur, dum negat, errantem posse vsucapere. Quare contrariam opinionem probavit Imola in l. vlt. C. vnde vi, & sensu glo. in l. 1. C. ubi causa status, dum requirit quasi possessionem 30. annorum, quando servus iniustis de causis crederet se liberum, & tamè si præsumeretur bona fides satis esset quasi possessio 20. annorum l. 2. C. de longi tempor. præscrip. quæ pro liber. & apertius eandem opinionem probavit Practica Papien. in forma responsionis rei conuenti, in verbo præscriptionis, num. 16. in fin. qui scribit idem sensu Dynum, & Cyn. Idem scripsit Claudius Seyfel. in d. l.

Cels. nu. 2. ff. de vsuc. Et pro hac opinione assertur. l. vlt. C. pro soc. que requirit errorem probabilem, ut vsucapioni locus sit. Distinguit Alciat. conciliando opiniones in d. præsumpt. 5. in fin. quod aut adest longissimi tempore cursus, & tunc vera est Bar. & sequaciu opinio, est ratio, quia (inquit Alcia.) etiam sine bona fide currit hoc casu præscriptio. Aut adest solus cursus decem, vel viginti annorum, & tunc vera est opinio Imol. & hoc in casu loquitur d. l. vlt. C. pro soc. Et hæc quidem fuit ante Alc. distinctio Imol. in l. Celsus, col. vlt. de vsucap. quam, & ibi probat Franc. Balbus, num. 96.

Tertius est casus, quando possessor caret titulo, & adest tamen longissimi temporis cursus. Hoc in casu adhuc præsumitur bona fides. Ita scribunt permulti, quos congesti in commentarijs de arbitr. iudic. lib. 2. casu 43. nu. 1. & 2. & in cons. 90. nu. 75. lib. 1. Et illis accedunt Abb. & Alex. quos statim referam, & Verallius in dec. 68. n. 3. par. 1. & Masc. in commentarijs de probat. in consil. 224. Et si ab his dissentit Ruin. in cons. 41. num. 29. lib. 1. post Imolam, quem commemorat. Et subiungit Ruin. hunc temporis cursum tollere præsumptionem malæ fidei, non tamen inducere bonam fidem, atque ita inter hæc duo constituit differentiam, & quod ut acurè dictum, est considerandum, est si aliter (ut dixi) sentiam.

Extenditur primò, ut locum habeat hic casus, etiam si possessio sit contra ius commune. Nam adhuc ob tanti temporis cursum præsumitur bona fides. Ita Abb. in c. si diligenti, col. 4. vers. ego dico, de præscript. & in consil. 102. col. 1. vers. ex hoc enim responderi potest. lib. 1. Alex. in consil. 110. nu. 6. lib. 1. qui eiusdem sententiæ recepserunt Io. Andr. & alios. Et huius sententiæ est ratio, quod tanti temporis cursus habet vim legis, l. hoc iure, §. ductus aque. ff. de aqua quot. & æstiva. Et quia in hoc tantum temporis cursum non est necesse, quod adest bona fides, ut multorum auctoritate scripti in d. casu 43. n. 6.

Extenditur secundò, ut procedat hic casus, etiam in incorporalibus. Ita Abb. præcitatus in cap. si diligenti, col. 4. vers. ego dico, de præscript. & Ant. Gabr. in d. consil. 2. num. 42. vers. sublimita, quia alios refert.

Quartus est casus, quando possessor caret titulo, & adest solus cursus 30. annorum. Hoc etiam in casu præsumitur bona fides. Ita scripserunt permulti, quos congesti in tractatu de recuper. poss. rem. 13. n. 70. & in commentarijs de arbitr. iudic. lib. 2. casu 43. nu. 7. Et illis accedunt alij nonnulli relati ab Anton. Gabr. in d. consil. 2. n. 36. & præsertim Franc. Balb. in d. l. Celsus, num. 96. & Moder. Paris. in cons. 20. num. 4. & Mascard. in commentarijs de probat. in consil. 225. num. 1.

Ceterum contrariam opinionem probant Rom. in l. Celsus, col. 2. vers. tertio in quantum, ff. de vsucap. & ibi Imol. col. vlt. & ibidem Claud. Seifel. n. 27. Ang. Aret. in §. si quis à non domino, n. 4. in Instit. de rer. diuis. Corn. in cons. 136. n. 15. lib. 2. & in cons. 207. n. 8. lib. 3. Hieron. Tort. inter consil. Alex. in cons. 292. lib. 2. Crau. in consil. 146. col. vlt. Non est tamen recedendum à prima illa sententia communi, ut scripsi in d. remed. 13. nu. 70. Et rationibus argumentis, huius postremæ opinionis satisfaciunt Did. in d. cap. possessor, p. 2. §. 8. n. 3. de reg. iur. in 6.

Extenditur, ut locum habeat hæc præsumptio, etiam quando deinde apparet de antiquiori alterius possessione. Ita Bar. in l. vlt. in fi. C. vnde vi, & Franc. Balb. in l. Celsus, num. 105. vers. istam suam, de vsucap.

Declaratur primò hic casus, ut locum non habeat, quæ huic possessori restituitur commone. Nam tunc etiam post 30. annos non præsumitur bona fides, sed mala. Ita Innoc. in c. 2. col. 3. vers. item nota, quod licet, de integritate restit. & ibid. Ioan. And. nu. 6. & alios plures commemorabimus infra in ultimo casu, in vlt. declarat. Et in specie Balb. in d. l. Celsus, nu. 105. vers. & præmissa procedunt, qui scribit hoc procedere etiam si mille annos possi-

possideret. Et exemplum assertur in laico possidente spiritualia.

Declaratur secundò, ut locum non habeat casus iste, quando præsumptionibus constat de mala fide. Ita respondetur Aret. in cons. 103. num. 7. in fin. & Corn. in consil. 136. num. 15. lib. 2. Grat. in cons. 125. n. 4. lib. 1. Boer. in q. 211. n. 18. Crau. in tract. de antiq. tempo. in 4. par. princip. n. 21. & Mascard. in tract. de probationibus in consil. 225. num. 15.

Declaratur tertio, ut non habeat locum, quando mala fides induceretur à statuto, quod repugnaret contractui celebrato. Nam illa non tollitur cursu 30. annorum. Ruin. in cons. 41. num. 28. lib. 1. Et dicemus infra in 7. casu prima extensione.

Declaratur quarto, non habere locum, ubi agit de graui præiudicio. Ita Ruin. in d. cons. 41. num. 5. vers. & ubi etiam lib. 1. qui huius opinionis recenset Butr. in c. cum ecclesia, col. vlt. de causa poss. & propr. & Masc. in d. consil. 225. num. 10.

Quintus est casus, quando possessor caret titulo, & adest solus cursus longi temporis, nempe 10. vel 20. annorum. Hoc in casu adhuc præsumitur bona fides. Ita scripserunt Oldr. in consil. 244. col. 3. vers. præterea cum quis. Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de test. §. nunquid. Bar. in l. Celsus, n. 17. de vsucap. Bal. in l. vlt. col. 3. vers. aut loquimur respectu. C. vnde vi, Abbas in consil. 89. col. 3. vers. & debet, lib. 1. Aret. in consil. 111. col. 1. vers. his breuiter præmissis. Alex. in consil. 6. col. 1. in cons. 71. & in cons. 141. col. 1. vers. sed in facto, lib. 1. in cons. 16. nu. 25. vers. & ratione. & in cons. 25. num. 18. lib. 5. Corneus in cons. 236. col. 1. lib. 2. & in consil. 26. col. vlt. vers. & maxima, lib. 4. Cur. Sen. in consil. 71. Princeps de sanctus, nu. 5. vers. prima erit conclusio, & in consil. penult. col. 2. vers. nec expedit. Decius in consil. 127. col. penult. & ex possessione. in consil. 167. col. penult. 3. de bona fide, & in consil. 226. in fine, & communem testatur Ias. in l. clam possidere, §. qui ad nudinas, ff. de acquir. poss. & Did. in c. possessor, parte 2. §. 8. num. 2. de regul. iur. in 6. Roland. in consil. 3. num. 94. lib. 1. & Mascard. in consil. 228. num. 6. Ceterum aduertendum est, Ripam in c. cum ecclesia, num. 99. de causa poss. & propr. intel-

lexisse præcitatos Doct. loqui, quod cursu decem annorum tollitur præsumptio malæ fidei, non autem quod bona fides præsumatur, sicuti etiam differentiam hanc confiderauit Ruin. in cons. 41. n. 30. lib. 1. quem & supra n. 7. commemoravi, & idem scribunt alij relati à Mascard. in d. consil. 225. nu. 19. Hic casus multo magis procedit in

judicio possessorio, in quo præsumitur bona fides absque alla tituli probatione, sicuti scribit Inn. in c. 2. col. 3. vers. sed si agitur, de integritate restit. & ibid. Io. Andr. vers. & quævis. Car. n. 6. & Imol. col. vlt. vers. item aduerte. Gem. in c. 1. col. 1. vers. sed pone, de præscript. in 6.

Et hic casus locum habet, etiam si possessior caret habere causam lucrativam, ut scribit Did. in d. §. 8. nu. 2. vers. & procedit, ex sententia glo. in l. super longi, C. de præscript. longi tempore.

Sextus est casus, quando possessor caret titulo, & eius possessio est recens, & noua. Hoc in casu sunt opiniones. Nam Bart. in d. l. Celsus, nu. 17. ff. de vsucap. ex sententia glo. in l. si quis emptionis, C. de præscript. 30. vel 40. annorum scripsit, ad huc præsumi bonam fidem. Et idem affirmarunt alij multi congesti à Fran. Balbo in d. l. Celsus, n. 104. qui testatur ab hac communi opinione recedendum non esse in indicando, & consulendo.

La ratione ij moti sunt, quod possessor sit in bona fide, & tamen careat titulo, ut inquit glo. in l. si quis emptionis, C. de præscript. 30. ann. & confert cap. 1. de præscript. in 6.

Nec repugnant rationes, & argumenta, quibus Inno. & Bal. in c. per tuas, de testib. Imola in d. l. Celsus, colu-

pen. & in c. vlt. de præscript. & Felin. in c. si diligenti, nu. 25. eod. tit. existimant, quod imò hoc casu non præsumitur bona fides. Nā tex. l. vlt. C. vnde vi, quo moti sunt, ad rem non pertinet, cum loquatur in eo, qui scit rem occupatam suam non esse, quia tunc debet scire ad alios pertinere, sed nos loquimur in eo, qui nescit rem esse alterius, cum propriam esse existimet, & est in bona fide, licet titulo careat, sicuti contingit in eo, qui à fide dignis accepit rem illam maiorum suorum esse, vel alio modo ad eum spectare.

Extenditur hic casus, ut habeat locum etiam, quando statutum requirit bonam fidem. Nam illa adhuc præsumitur, nec probanda est, sicuti tradit Crau. in tract. de antiq. tempo. in 5. part. 5. part. princ. nu. 40. reiecta opinione Barb. inter consilia Calc. in cons. 26. col. 3. etfi Tiraq. de præscript. in gl. 2. vers. id tamen, quod diximus, visus sit sequi ipsum Barbat.

Declaratur primò non procedere, quando apparet de antiquiori possessione. Nam tunc noua, & recens possessio præsumitur malæ fidei. Bart. in d. l. Celsus, num. 17. vers. dico ego, ff. de vsucap. & ibidem Balbus num. 105. Idem Bart. in l. vlt. C. vnde vi, & Alciatus in d. præsu. 5. nu. 1. His accedit Prac. Papien. in forma responsionis rei conuenti, in verbo, præscriptionis, numer. 16. dum sequitur Bar. in d. l. vlt. C. vnde vi. Hæc tamen præsumptio malæ fidei causata ab antiquiore possessione, allegari non potest ab alio, quam ab illo possessore antiquo. Ita post Bar. ibi declarat Balb. in d. l. Celsus, n. 105.

Declaratur secundò, ut locum non habeat hic casus in incorporalibus. Nam in his noua recens possessio non præsumitur bonæ fidei. Ita gl. Io. Andrea, Innoc. Cardinal. Calder. Butr. & Imola commemorati ab Anto. Gabr. in d. l. 7. conclus. in tit. de criminal. conclus. 2. n. 42. qui recenset, & nonnullos dissentientes.

Declaratur tertio, ut non procedat hic casus, quæ extat à coniecturis, & præsumptionibus malæ fidei, sicuti scribit Aret. in consil. 103. n. 7. in fi. Corn. in consil. 36. col. vlt. lib. 2. & apertius Claud. Seyfel. in l. Celsus, n. 39. ff. de vsuca. & ibidem Balb. n. 128. & alios retuli in li. 2. de arbitr. iud. causa 25. n. 1. ubi congesti 14. coniecturas malæ fidei.

Ceterum, contrarijs coniecturis, & præsumptionibus receditur à præsumptione malæ fidei, sicuti lex coniecturas recenset Ripa in c. cum ecclesia, nu. 95. de causa poss. & propr. Ex quibus quatuor hic referam.

Prima est, quæ à fama publica ducitur. Nam illa tollit malam fidem, & bonam inducit. Ita Bart. in l. Celsus, n. 17. de vsucap. qui ob id dixit, quod si fama est, rem fuisse maiorum meorum, d. cor. bona fide illam possidere. Idem responderunt Alex. in cons. vlt. lib. 1. & Barb. in consil. 41. col. 2. lib. 1. quos secutus est Rip. in d. c. cum ecclesia n. 95. qui multis similibus comprobatur.

Secunda est coniectura, quæ sumitur ab assertionem viri boni, & legalis affirmantis, ius mihi competere. Ita Bart. in dic. l. Celsus, numer. 17. de vsucap. & in l. §. hoc interdicto, ff. de itin. act. priua. Ripa in d. ca. cum Ecclesia, num. 96. Et hæc coniectura multo magis locum habet, quando is vir bonus esset summæ auctoritatis, sicut princeps, cuius auctoritas bonam fidem causet. Ita Bal. in l. 1. col. vlt. C. de fart. & Ruin. in consil. 161. numer. 37. libro 1.

Ratio est, quia viro bono credendum est, ut inquit glo. in l. Titio fundus, ff. de cond. & demonst. quæ multis exornauit Ripa ubi supra, & multo plura scripserunt Soc. sen. in consil. 15. col. 5. lib. 1. Paris. consil. 29. n. 24. lib. 2. latissime Neuz. in li. 5. Syluæ nupt. n. 55. Crau. consil. 319. num. 13. & omnium melius Tiraq. in tract. de penis legum 51. num. 26.

Tertia est coniectura, quæ sumitur à signis itineris, & aquæ ductus, sicuti scribit Ripa in d. c. cum Ecclesia, n. 87. qui subiungit, insignia & arma in sculpta in ecclesia præsumptionem facere, quod bona fide is sit in quasi